

- ii** Vbi conceptus est iohannes. **iii** Vbi adnuntiatus est ihs marie uirginis filius per angelum gabrielem. **iiii** Vbi maria salutauit elisabeth in ansira apud illa in sibi trib.
- v** Vbi natus est iohannes. **vi** Vbi nomen accepit iohannes. **vii** Vbi pphetauit zacharias.
- viii** Vbi natus est ihs. **viiii** Vbi adnuntiatus est pastoribus per angelum. **x** Vbi exercitus angelorum laudauit dominum dicens gloria in altissimis deo et in terra pax hominibus bone.
- xi** Vbi eum uiderunt pastores. **xii** Vbi circuncisus accepit nomen ihs. **Quoluntatis.**
- xiii** Vbi uenerunt cum eo hierosolimam ut offerrent pro eo sacrificium secundum legem. et uidit eum symeon et agnouit christum domini et prophetauit de illo.
- xiiii** Vbi anna prophetauit de illo. **xv** Vbi scriptum est quod puer ihs corroborabatur et crescebat et adimplebatur sapientia.
- xvi** Vbi duodecim annorum querentes eum in uenerunt in templo hierosolyma inter magistros audientes illos et interrogantes. **xvii** Vbi scriptum est quod subiectus erat parentibus et proficiebat etate et sapientia.
- xviii** Vbi coepit predicare iohannes baptista paenitentiam. **xviiii** Vbi testimonium perhibuit christo iohannes. et scriptum est de ipso iohanne quia inclusus ab herode in carcere. **xxx** Vbi super baptizatum ihesum descendit spiritus quasi columba et uox de celo facta est. **xxx** Vbi de ipso post baptizatum dicitur et reperitur parentum origo sursum uersus ioseph usque ad adam.
- xxxi** Vbi ieiunauit et temptatus est a satana.
- xxxii** Vbi reuersus est in galileam in uirtute spiritus et docebat in synagoga.
- xxxiii** Vbi legit esaiam pphetam in synagoga nazareth et admirantes dixerunt nonne iste filius est ioseph. **xxxiiii** Vbi ait amen dico uobis quia nemo propheta acceptus est in patria sua. et quia in sarepta sidonis missus est helias ad mulierem uiduam. et quia ab heliseo neman syrus emundatus est. et ubique audiebant nazareni expulerunt usque ad supercilium montis ut eum precipitarent et non potuerunt. **xxxv** Vbi scriptum est quod in capharnaum docebat sabbatis. **xxxvi** Vbi expulit demonium quod clamabat quid nobis et tibi est ihs nazarene. **xxxvii** Vbi abstulit febrem a seruo petri. **xxxviii** Vbi post occasum solis multos sibi oblatos manu inposita et sanauit et conpescuit demonia clamantia tu es filius dei.